tione consecutus archani. Ostendit quia & nouit
sps dm̄. & ea nobis que dī sunt. sps reuelauit. sicut
reuelauit & filius; Et addidit. Nos autem non
spm̄ huius mundi accepimus. sed spm̄ qui ex dō est.
ut sciamus que a dō data sunt nobis; Que loqui
mur. non in suasoriis humane sapientie uerbis.
sed in ostensione sps. & uirtute dī. Probatum est
igitur. quia sicut ds nobis quesita sunt. ita & fili
us que dī sunt. ita etiam sps reuelauit; Ex uno
enim spu. per unum filium. in uno spu sc̄o. boni
tas & scificatio. & imperiale ius aeterne tradi
tur potestatis; Ubi ergo ostensio est sps. ibi dī
uirtus est. Nec potest esse discretio. ubi opus
unum est; Et ideo quod loquitur filius. loqui
tur & pater. et quod loquitur pater. loquitur
& filius; Unde & de spu filius dī dixit. Non enim
loquetur a se. hoc est non sine mea & patris com
munione; Neque enim diuisus ac se partitus ē
sps. sed que audit loquitur. Audit uidelicet p
unitatem substantie. & proprietatem scientie.
Neque enim foraminibus aliquibus corporalib.

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 102, p. 130 – Ambrose, De spiritu sancto and De incarnationis dominicae sacramento . Victricius of Rouen, De laude sanctorum (http://www.e-codices.ch/fr/csg/0102/130)